



Ung

W-184.

Occipitalia W-184.  
Potipin in carmina gratul.  
von Dr. W. Z.  
(Caspiana u. alij peregrata)  
Insta. praesent. ~~184a.~~ 184a.)

38  
SYMBOLA GRATVLATORIA,  
QVIBVS

V I R O

NOBILISSIMO, CLARISSIMO PRAESTANTISSIMO QVE

DOMINO

IO. FRIDERICO

VVICHMANSHAVSEN,

SVMOS IN PHILOSOPHIA HONORES,

A  
DECANO SPECTABILI

DOMINO

IO. GVILELMO BERGERO,

ELOQVENT. PROF. PVBL. ET ALVMN.

ELECT. EPHORO,

XVII. CALEND. NOVEMBR. 1709

SVMMA CVM LAVDE OBTENTOS

GRATVLABANTVR

ACADEMIAE ELECTORALIS  
PROFESSORES.

VITEMBERGAE,

LITERIS KREVSIGIANIS.



Vicquid habet natura, dedit, mo-  
resque pudicos,  
Doctrinam, dotes ingenium-  
que tibi.

Prae reliquis igitur dignum te censet Apollo,  
Praecipue cordi qui sibi, Amice, fores.  
Cumque Tibi faueat Pindi Pater ipse, uocabit  
Te quoque delictum Turba nouena suum.  
Hinc tua nunc uiridem dant circum tempora

laurum

Crescat honos ergo, sit Tibi faustus honos!

GEORG. BEYER, D,

h. t. PRO-RECTOR

Ingenio postquam multi cessere labores,  
Qui studiis iuncti Palladis esse solent:

VVICHMANNSHVSIADÉ, meritos tibi PHOEBVS ho-  
nores

Exhibet, ac viridi tempora fronde tegit.

Maeste hac uirtute! sacros quoque uolve libellos

Nomina sic capies splendoriora breui!

*SVMMI VIRI non degeneri Fido honores nouos  
toto pectore gratulaturus scrib.*

Gottlieb VVernsdorfius, D.

VVichmannshufe nouos haec tibi grator amores,  
Ardet te Sophie, tu Sophiamque tuam.  
Delictum illa tuum est, illam noctesque diesque  
Prendis, in amplexu cum uenit illa tuos.

Nec minus ista tuo dat circum brachia collo,  
Distinguitque tuum mollis honore caput.

Non equidem inuideo, nec turbabuntur amores  
His numeris Sophies, his numerisue tui.

Me ramen hoc, quod si pateris, nescire fatebor,  
Cur adeo cupias eius amore frui.

Inuidus omnis amans est, et uult uas amatam  
Amplecti, focium ferre nec ille potest.

At tua non te contenta est, nec deperit unum,  
Sed plures, patulo blanda fouetque sinu

Quot non haec iuuenes, quot non amplexa maritos?

Quot docta tecum fronte proterua notat?  
Fallor, an haec placida uideo te mente legentem

In risum solui haec et dare uerba mihi:

Noz

Non adeo impatines sum, nullum ferre sodalem,  
Vt possim, aut Sophien solus habere velim.  
Ne tamen haec impune pueret se pluribus uti,  
Pluribus et dare me basia casta sciat.  
Eusebie dilecta olim mihi, salutar ergo,  
Me solum Sophien si quis amare pueret.  
Cum plures itidem uariis secteris amores,  
Par Sophien paribus iura referre sinunt.  
Ergo nouosque simul ueteresque ale laetus amores,  
Cara sit Eusebie, sit sophieque tibi.  
Vtraque sic te diua suo dignetur amore,  
Atque suo solum tempore Phillis amet!  
Perge, quod est reliquum, quoque me constanter amare  
Vt tuus usque tuo laetus amore fruatur

D. M. H. Gribnerus.

**W**ICHMANSFVS IADEN uirtus, qua iungimur astris,  
Tanta mouet, stimulat gloria quanta PATRIS.  
Huc, age, quisquis eris Maiorum nomine dignus,  
Respice: Sic laudes amplificare decet.

Doctori Sapientiae, recens creato, Filio tanto Parente  
digno, dignitatem, uirtute doctrinaeque pactam,  
ex animo gratulatur, et Illustri Wichmanshusio  
Nomini oblerantiam obsequiumque confirmatur

IO. GVILELMVS BERGERVS, P. P.  
et h. t. Ord. Philosoph. Decanus.

**A**Rtibus ingenuis infruxit pectora Pallas,  
Perdoctum cingunt laurea ferta caput.  
Immortalis erit celeberrima Fama Parentis.  
Augebit Numen Nomen honore novo.

Georg. Frid. Schroeer,  
Log. & Metaph. P. P.

**M**Alte igitur, titulusque nouis his usere dignis,  
Quos tua sedulitas maxima promeruit.  
Gratulor ex animo collatum iure brabeum,  
Insimul et studiis prospera dico tuis.

Excellentissimi Parentis, Patroni sui maximopere vene-  
randi, magnae expectationis Filio summos sapientiae  
honores ex animo gratulatus scripsit, WICHMANS-  
HAUSENIANI Nominis observans cultus,

Georg. Gvil. Kirchmaierus,  
P. P.

Sein unuerdrosner Fleiß ist mehr als wohl bekant  
Was wunder, daß Er jetzt den Lorber auch erlangt/  
Den Er schon langst verdient als ein gewisses Pfand  
Weil Er mit Wissenschaft vor vielen andern pranget.  
Ich wünschte das Ihm dieß Sein embsiges bemühen  
Noch größern Ehren-Schmuck mög endlich nach sich ziehen.

L. Johann Hieronymus de Webig/  
Archi-diac.

Wer unuerdrosen ist muß guten Lohn erlangen  
Nach einen tapffern Streit folgt eine schöne Kron  
Deshalben muß Er auch den Lorber jetzt empfangen  
Den Ihm sein Fleiß erwürdt/ als einen reichen Lohn.  
Zu wohlverdienten Ehren mit ambüschung aller  
fernen prosperitact schreibs

M. Io. Michael Reifmann,  
Prediger.

**D**er Titul macht ja nicht den Mann /  
 Vielmehr der Mann den Titul.  
 Das ist gar ein bekanntes Wort /  
 So man bald hier / bald dort /  
 Von vielen hören kan.  
 Und diß / Mein Werthester / hast Du auch selbst bedacht /  
 Da Dein Sinn nicht veracht /  
 Was Dir Apollo jetzt vor einen Titul schenket.  
 Denn ob das M. gleich oft in grossen Mißbrauch steht /  
 ( Wie es mit allen Tituln geht / )  
 So hast Du Deinen Sinn doch nicht davon gelendet.  
 Gnuß / daß von Dir  
 Der Titul nimmet seine Zier.  
 Du wirst der Welt bald Deine Thaten zeigen /  
 Worzu Natur und Kunst Dich rüchrig macht.  
 Du wirst auch noch den höchsten Grad ersteigen /  
 Darauff man sonst vor Zions Wohlstand wacht.  
 Dein Glück / dein Fleiß / dein Geist laßt uns was Grosses hoffen /  
 Und so hat mit der Zeit mein Wünschen eingetroffen.

Hiermit solte dem Herrn Candidaten zu der mit Ruhm  
 erhaltenen Dignität gratuliren

M. Augustus Müller /  
 Fac. Phil. Adj. et Theol. Cand.

**C**Armina amica petis Sophiæ dum splendidus Ordo  
 Doctorem Sophiæ Te vocat atque creat.  
 En! quæ dona Tibi studii præclara parasti?  
 Quam pulchre cingunt splendida ferta caput?  
 Macte Tuo Titulo, salve Celebrande Magister,  
 Flore, Vive, Vige Fautor, Amice, Vale!

Hicse

Nobilissimo DN. VVICHMANSHAVSEN novam Hon-  
 oris accessionem ex animo gratulatur

M. Io. Iacobus Ferberus, Argentor.  
 SS. Theol. Cand. et Phil. Adi.

**C**onfert sancta Tibi Ibenis bræba,  
 Et famam cumulat tuam serenam?  
 Recte! Namque probe, pieque vivis  
 Donis ingenii bonis refertus,  
 Linguarum, Sophiæ inclytæ peritus.  
 Pergas; NVMEN OLYMPIVM corouet  
 Successu tua coepta, mox sequatur  
 Nomen clarius, ampliorque mæssa.

His paucis summos in Philophia honores Nobilissimo, atque Præ-  
 clarissimo Dn. Candidato, Fautori, ac Amico colendo ex animo  
 gratulari voluit

M. IO. ADAMVS CALO, Ord. Phil. Adim.


**S**ic uirtute noua Magni spes Magna Parentis  
 Crescit et immensum gloria calcar habet!  
 Rara auis in terris: Tantorum nempe Virorum  
 Progenies humilis castra subire Sophi.  
 Inde Magisterii TIBI hecunt ferta Camoenæ  
 Et Victore TIBI digna Bræba parant.  
 Addo meum reliquis Omen: Certissima quondam  
 Christicolum coetus Spes adamanda sacri,  
 Successus urgeto TVOS instaque fauori  
 Numinis; Eusebie munera plura dabit.

Hicse Viri de Prouinciis Saxonie immortaliter meri-  
 ti Filio haud degeneri tuara Magisteriali summo  
 iure condecorato gratulatur

M. Friedrich Augustus Ferber /  
 Pastor, Ecclesia Pratoiensis.

Ung. VI 184

184







SYMBOLA GRATVLATORIA,  
QVIBVS

V I R O

NOBILISSIMO, CLARISSIMO PRAESTANTISSIMO QVE

DOMINO

IO. FRIDERICO

VVICHMANSHAVSEN,

SVMOS IN PHILOSOPHIA HONORES,

DECANO SPECTABILI

DOMINO

IO. GVILELMO BERGERO,

ELOQVENT. PROF. PVBL. ET ALVMN.

ELECT. EPHORO,

XVII. CALEND. NOVEMBR. clo 16cc IX.

SVMMA CVM LAVDE OBTENTOS

GRATVLABANTVR

ACADEMIAE ELECTORALIS  
PROFESSORES.

VITEMBERGAE,

LITERIS KREVSIGIANIS.

